



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

7. Eo quòd diceretur à quibusda[m], quia Ioa[n]nes surrexit à mortuis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

Iudicum Tiletanum in Apologia cap. 6. pag. 157.) omnes aliae
 huius Archisynagoga cogitationes ac sollicitudines, & iubetur
 in sua precatione fidem constantem habere, quia fides sola sup-
 pliciter à Deo misericordiam implorans, omnia bona ab eo im-
 petrat. Respondet huic hæretico D. Tiletanus, ex ipsis hære- T. 210. b.
 tici verbis constare præter fidem, supplicem quoque & con-
 stantem orationem necessariam fuisse: ex quo statim confi-
 citur, non solam fidem iustificare. Rectè hoc quidem, sed
 paulò pleniùs mox. Docemur hoc loco (ait Caluinus) non posse
 nos modum credendo excedere: quia nunquam centesimam di-
 uina bonitatis partem fides nostra quantumvis ampla capiet.
 Hæc ille, vt doceat homines quantumcunque impios ex sola
 fide & apprehensione misericordiæ diuinæ, absque illa aut
 pœnitentia aut bonorum operum necessitate tum remissio-
 nem peccatorum tum vitam æternam consequi posse. Sed
 utique hæretico & aliis omnibus hoc loco pro sola saluante
 fide aburentibus, breuiter & efficaciter responderi potest: Si
 hic locus solam fidem iustificantem ac saluantem probaret,
 sequeretur non solum quod ex sua sola fide unusquisque saluatur,
 sed etiam quod ex mea fide de alterius salute alter
 quoque saluaretur. Hic enim ex fide patris filia mortua re-
 suscitur & salua facta est. Si ergo ex sola fide patris saluata
 est filia, & hoc exemplo sola fides ad omnia à Deo impetranda
 valere debet; sequetur quod sola fides non credenti tan-
 tum, sed & omnibus pro quibus credere velit, salutem impe-
 trat. Atqui nec ipsi hæretici hoc dicere audebunt. Nihil er-
 go hic locus pro fide iustificante facit. Deinde non docet
 hic locus ex sola fide hoc beneficium impetratum fuisse: sed
 quam prius hic Archisynagoga & humilitatem multam o-
 stendisset (procidit enim ad pedes Iesu) & oratione ardenti
 us fuisset (nam deprecabatur eum multum, ait Marc. cap. 5.)
 nunc autem audita morte filiae dubitare cœpisset, horratur
 eum Christus ad solam fidem, quia illa sola labefactari cœ-
 pi; non quia propter illam solam beneficium, quod petiit,
 collaturus esset, sed quia sine firma fide collaturus non esset.

IN LVCAE CAP. IX.

7. *Eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis, &c.*

Propter has populi Iudaici varias dubitationes de Christo, & quia Matth. 14. Herodes existimabat Christum esse Ioannem Baptistam à mortuis resurgen-

surgentem, & quia Matth. 16. alij Christum esse Hieremiam aut alium Prophetā existimarūt, & denique quia Ioann. Pharisæi interrogant Ioannem Baptistam an esset Elias, Calvini in comment. Harmoniæ suæ ad cap. 14. & 16. Matth. & in hunc locum, & in comment. super Ioan. cap. 1. & cap. 9. constanter docet Iudeos & ipsos maximè Phariseos credidisse transmigrationem animarum in corpora, quam olim Pythagoras docuit. Ex quo Phariseorum errore præsupposito, contra errores Synagogæ, & consequenter Papatus, variam disputationi occasionem arripit. Sed totam hanc de Iudeis opinionem falsam planè & vanam esse solidis argumentis Franciscus probat Toletus in comment. in Ioan. cap. 1. Quotum præcipuum ferè istud est: Pharisei pro certo credebant resurrectionem mortuorum, ut appareat Act. 23. clamante Paulo, ut Phariseum de resurrectione mortuorum iudicari. Atque resurrectione mortuorum, quę singulos cum singulis animabatur in corporibus propriis resurgere ponit, transmigratione animalium ex diametro contraria est. Deinde nec hic locus nisi alij citati illam Iudeos opinionem habuisse docent, sed planè contrarium. Nam hinc alij putabant aut Ioannem Baptum aut aliquem Prophetam à mortuis resurrexisse, qui Christus esset; alij Heliam apparuisse, quem non adhuc esse mortuum ex Scripturis suis sciebant. Resurrexisse aliquem opinabatur cum corpore proprio, non defuncti cuiusquam anima in Christum migrasse. Sic Christum aut Ioan. Baptistam Heliam esse potuisse opinabantur, non quod anima Heli in Christum migrasset, sed quod hic Christus ipsem Heli esset. Sauè nec hunc errorum Christus illis inquam impoperavit, nec Clemens Rom. Const. Apost. lib. 6. cap. 6. vel Epiphanius. hæc. 16. vbi Iudeorum errores enumerantur, de hoc errore ullum verbum faciunt. Iosephi verba de bello Iudeo. lib. 2. cap. 7. vbi scriptis Phariseos existimare bonorum animas in corpora transmigrare, magis declarat Antiq. lib. 18. c. 1. eorum sententiam fuisse, quod bonorum animæ facile ad corpora redirent, id est, ex mortuis resurgerent, ut hinc de illis Lucas refert. Tamenetsi vero Iudei hodie hoc errore laborant non sequitur ullo modo etiam Christi tempore eodem errore eos laborasse. Recentiores quippe Iudei non bonorum tantum, sed & impiorum animas transmigrare existimat multisque aliis erroribus laborant, à quibus Iudei Christo veniente immunes erant. Est igitur vanum & fabulosum Iudeos, Christo veniente, errore hoc Pythagorico laborasse.

54. Den